Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36561
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

uenerabilis marcellinus fuit. cuius gressum dolore nimio De marcellino
podagra contraxerat. eumque familiares sui sicubi necesse epo podagrico. 6.
fuerat in manibus ferebant. Quadam uero die per culpam et
incuriam inhabitantium. eadem ciuitas anchonitana
accensa est. Cumque uehementer arderet. cucurrerunt omnes ut
ignem extinguerent. sed illis aquam certatim proicientibus ita
crescebat flamma. ut iam totius urbis interitum minari uide
retur. Cumque propinquiora sibi loca ignis inuaderet. iamque
urbis partem non modicam igne inuasisset et consump
sisset et obsistere nullus ualeret. deductus in manibus ue
nit episcopus. et tanta periculi necessitate perculsus familiaribus
suis se portantibus precepit dicens. Contra ignem me po
nite. Quod ita factum est. atque in eo loco est positus ubi to
ta uis flamme uidebatur incumbere. Cepit autem miro modo
in semetipso incendium retorqueri. ac si reflexione sui
impetus exclamaret se episcopum transire non posse. Sicque fac
tum est ut flamma incendii illo termino refrenata
in semet ipsa refrigesceret. et contingere ulterius queque
edificia non ualeret. Perpendis petre cuius sanctitatis fuerit
egrum hominem sedere. et exorando flammas premere. PETR.
Et perpendo. et obstupesco. GRE. De uicino nunc De nonnoso preposito
loco tibi aliquid narrabo. quod ex uiri uenerabilis maxi
miani episcopi et laurionis quem nosti uetrani monachi
quorum utrumque nunc usque super est relatione cognoui. Qui scilicet
laurio in eo monasterio quod iuxta nefesinam urbem super
toma uocatur. ab anastasio uiro sanctissimo nutritus est.